

ILLUSTRISSIME AC CELEBERRIME VIR.



*t hæc altera est, quam
beneficiorum in me col-
latorum dudum **TIBI**
decrevi, optata gratu-
latio! in qua nihil felicius, nihil animo
meo magis accommodatum accidere pos-
se prævidebam, quam quod et gratus
esse deberem, et palam dicere possem.*

*Nam etsi **TU** humilitate propemo-
dum nimia, in iis, quos cumulatis arc-
tissime **TIBI** devinxisti beneficiis, gra-
titudinis vocem continuo comprimis, et
memori in mente leve facti vestigium,
quod expunctum potius cuperes, super-
esse velis, id in mea hac causâ, crude-*

(X)

lior

lior quam generosior contendere non potes.

*Evidem neque ego, aut quæ mihi,
aliis præclare fecisti, quanquam debe-
rem, in vulgus indicare unquam hic
constituo, aut impudenter me amare,
et in capite libri TUO NOMINI sacri
licentiosius me TIBI laudare, aut de-
mum fæde TE adulari volo aut possum:
ut enim prius a viribus, ita posterius a
voluntate in integrum abest, et omni
ingenuo viro, tum maxime austero Lu-
xemburgo indignum; sed id solum in
lucem protrahere gestio, Paterna pene
cura*

*cura TE meo præfuisse studio, Artem
humanae saluti sacram non solum meis
TE infudisse auribus, sed et ita animo
inscripsisse, ut, quæ quidem ego hodie
et limata et exquisita proferre possum,
TUA esse clare intelligantur.*

*Quæ cum ita sint, me, nec animi
TUI gravitas prohibere voce, nec ma-
gnitudo, quo minus honoratus sis, in-
terpellare possunt, nec, si demum TIBI
Religio cordi est, unquam debent.*

*Etenim eo severitatis haud progre-
di TU potes, ut me et falsum, dum
)(2 fan-*

sancte promisi, me eos, qui me Artem Medicam docuerunt, in eaque instituerunt & promoverunt, parentum loco habiturum & honoraturum, jurasse velis, et *TUO labore partam gloriam intercipere cagas*; hoc enim etiam si optares, imo juberes, ego sane haud sustinerem, nec obedirem, cum eo semper sim jure, ut et honestae et bona causae indeclinabilem, qui nec minimum quidem de ea alteri concedat, afferam animum.

*Quapropter pro summo meo jure, et bonorem *TIBI* a Discipulo haberib die,*

die , et gratias olim clanculum solum
habitas , et per furtum hinc inde
actas , cum pro rerum aliarum magni-
tudine , quas gessisti , tum pro mea im-
primis institutione , nunc **TIBI** persol-
vi etiam invitatus pati debes ; et aequo ,
crede mihi **ILLUSTRISSIME** van
SWIETEN , id semel , cum et ex an-
tiquissimo et candidissimo affectu persol-
vantur , patere animo ; alias etiam ego
jam minus mitis , **TUO** severus ma-
gis exemplo , pro eodem meo jure , ad
capiendam qualemcumque ex hoc , quod
TIBI inscribo , opere laudem , **TE** co-
gam adigamque . Quid enim in illo est ,

X 3 et

*et grave et ponderosum, quod TUUM
non sit? quod non sit ex TUIS colle-
giis exscriptum, aut demum sic inter
colloquendum, a TE profectum? ut
mei Discipuli non mihi, sed TIBI ob-
stricti esse debeant. Sed nonne malis-
ses hæc in publicum haud efferri? et
TUA et mea culpa est: cur TU adeo
parum laudis cupidus, ego TUÆ
amans?*

*Postremo annuos Discipolorum, et
quod egregii sint, et amari mereantur,
labores TIBI plurimum commendō,
non adeo me ipsum, aut meos: sive enim
mu-*

mumus officii ad amissim exequar, nec
laude aliqua, nec recommendatione ma-
jori dignus, fidem datam solum libero;
sive non exacte adimpleam, exprobra-
tionem et odium merui; illi vero nec
publici muneris vi adstricti, nec ulla
lege coacti, sed ab omnibus conditioni-
bus vacui, sua sponte, omni cura stu-
dioque in Medicarum rerum cognitio-
nem ita rapiuntur, ut et studii Profes-
sores admoneant, et aliquando ad id etiam
cogant. Non sine summa animi volup-
tate recordor præmaturorum in studiis
progressum THA. BAYER, PHIL.
MARHERR, A. KRAMMER, quos
TU

TU IPSE in examinibus miratus. Maximo cum oblectamento saepius lego illud a perspicacissimo MARHERR de Actione muscularum solutum problema cathedra dignum: studentium vero adhuc MICHAEL HEMMEL, MICHAEL ZURBRUCKEN, quam brevi exploraturus es, capacitatem obstupesco; hos si TU amore, beneficiis complectaris, ut soles et debes, ultra exspectationem mihi gratificaris.

RES